Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0002-1

1578.

1. Hochmannus, Ioannes: De legitima ab intestato successione

1587.

1. Bocerus, Henricus: De jure dotium.

1592.

1. Bocerus, Henricus: De contractu in genere et in specie de emptione et venditione.

2. Entzlinus, Matthaeus: Conclusiones ex materia tortorae selectae

1595

1. Bocerus, Heinricus: De forma, de substantialibus, et accidentalibus feudi.

1596.

1. Magirus, David: De jurejurando.

2. Magirus, David: De feudis

3. Magirus, David: De probatione in genere et singulis ejus speciebus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0003-7

1596.

1. Ziglerus, Michael: De rerum naturalium principiis

1597.

1. Baccrus, Henricus: Synopsis totius juris feudalis et selectiores ejusdem quaestiones

2. Baccrus, Henricus: De jurisdictione.

3. Magirus, David: Quaestiones juris controversi ex materia de pactis et transactionibus desumptae

4. Magirus, David: De usucapionibus et praescriptionibus.

1598

1. Magirus, David: De usuris quaestiones aliquot.

2. Magirus, David: Quaestionum juris controversarum Decades V

3. Magirus, David: De personarum servitutibus, usufructu et usu.

4. Magirus, David: Quaestiones controversae ex appellationum materia selectae

1602.

1. Magirus, David: De lege regia

1605

1. Baccrus, Henricus: De possessione

1608

2. Magirus, David: De solutionibus.

1609.

1 Neyfferus, Valentinus: De praescriptionibus.

1610

1. Boccrus, Henricus: De successione conventionali, ea jure civili, canonico, feudali, Saxonico . . . deprompta.

1614.

1. Besoldus, Christophorus: Ex libro I et II desumptarum, illustrium quaestionum cinnus.

2. Besoldus, Christophorus: Selectiores juris controversi decisiones ex lib. 3 et 4. Decerptae

1615

1. Besoldus, Christophorus: Themata juris controversi subsequentia ex libro 5 et 6 ff potissimum deprompta

2. Besoldus, Christophorus: Quaestiones selectiores controversae ex 7. et 8 pand. libris, materiam personalium et realium complectentibus, deprompta.

1616.

1. Besoldus, Christophorus: Cinnus problematum juridicorum ex libro ff. 11 et sqq. usque ad 47 depromptorum

1616

2. Besoldus, Christophorus: Illustres quaestiones ex IIIbus postremis pandect. libris desumptae

1618

1. Harpprechtus, Johannes: Repetitio gravissimae l. si unquam C. de revocand. donationibus

1619.

1. Laurius, Thomas: De academiis

1621.

1. Besoldus, Christophorus: De casibus fortuitis, ubi de eorum jure, tam in contractibus, quam aliis negotiis . . . agitur

1625

1. Rumelinus, Martinus: De testamentis I.

1626

1. Besoldus, Christophorus: De privilegiis literatorum.

2. Frederus, Hieronymus: De inventarii confectione

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0006-4

1630.

1. Besoldus, Christophorus: De nullitatibus.

1632

1. Besoldus, Christophorus: De modo referendi seu vocandi in causis civilibus, tam primae quam secundae instantiae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0007-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0008-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0009-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0010-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0011-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0012-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0013-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0014-8

12672.

C 39.

I. N. D. N. I. C.

Hunc, ex ff. libro 1. & 2. deſumptarum, Illuſtrium quæſtionum Cinnum;

1614, 1.

SUB PRÆSIDIO

DN. CHRISTOPHORI BESOLDI, IC.

23

ET IN ACADEMIA TUBINGENSI ANTECESSORIS, AFFINIS AC Præceptoris ſui ætatèm colendi:

AD D. 17. DECEMBR.

Ingenij exercendi cauſſâ, publicæ examinationi

SUBIICIT

IOH. LEONHARDUS Breitſchwerdt/ Stutgardianus.

TUBINGÆ,
Typis Iohan-Alexandri Cellij,
Anno M. DC. XIV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0015-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0016-9

QVÆSTIONVM ILLVSTRIVM,
ex Libro 1. & 2. Pandectarum deſumptarum,
PRIMA.

JUs æquè Publicum, atque Privatum, deductum Li. 1.
eſt, ex Præceptis naturalibus, gentium uſu & ratione civili. *arg.* tit. 1.
l. 2. ibi: ut Patriæ pareamus. de Juſt. & Jur. l. ult. ff. d. Legation. Ac ut
in Jure privato, Jus Civile, ſi in totum recedit à ratione naturali,
cùm non determinat, ſed magis affingit aliquid incognitum Naturâ;
non Lex, ſed Tyrannis eſt dicenda. Ita pariter Publicum Jus (& ipſa
etiam ratio Status) cauſſam in Naturâ, rectâ ratione, uſuvé Gentium
honeſto habere debet. *Joh. Gœddæ. ad l. 6. in princ. n. 11. de verb. ſignif.*
Dn. Præſes, diſput. ad l. 1. d. Juſt. & Jur. th. 20. ubi plures in hanc ſenten-
tiam allegat. Diſſentiunt (*maxumè per l. 1. §. 2. in fin. d. Juſt. & Jur. & §.*
ult. Inſt. eod.) *Vveſenb. in Parat. de Juſt. & Jur. ſub n. 14. & d. pact. n. 4.*
Dn. Præcept. D. Henr. Bocerus, claſſ. 1. diſp. 2. th. 5. Nobiliſſimus pariter &
Ingenioſiſſimus JC. Mar. Lyclama, Membr. lib. 7. Eclog. 41. § 1.

2. Statu liberos, ſummam Perſonarum diviſionem (propoſitam t. 5.
à Gajo JC. *in l. 3. d. ſtat. homin.*) non infringere putamus; cùm Servis
annumerentur. *l. 9. in prin. l. 16. l. 25. l. 29. in pr. d. ſtatulib. l. 1. §. 4. ad*
Syllanian. l. 9. d. quæſtion. Hìc autem, dictam l. 29. de ſtatulib. cum l.
14. d. quæſtion. & l. 9. de pœn. haut pugnare arbitramur. Diſtingui-
mus enim inter delicta adverſus heredem, & adverſus extraneum
commiſſa. Quod & Petro Perrenonio, *1. animadverſ. cap. 3.* placuit
jam olim. *Varias conciliationes referunt Leopold. Hackelman. illuſtr. 1.*
th. 14. Dominic. Arum. exerc. 1. th. 23. Hilligerus ad Donell. 2. c. 11. in pr.

3. Patria poteſtas, Jus eſt proprium Civium Romanorum. *l. 3. de* t. 6.
his qui ſui vel alieni Jur. §. penult. Inſt. d. Patr. poteſt. vide Franciſc.
Connan. 2. comment. 13. nu. 2. Bodin. 1. d. Rep. 4. & meth. Hiſtor. cap. 6.
Petr. Gregor. Tholoſan. 11. Syntag. 5. num. 3. Vacon. à Vacuna. 1. decla-
rat. 8. Alberic. Gentil. 4. de nuptiis, cap. 1. Frid. Tileman. diſp. 3. th. 30. &
ſeq. Andr. Gerhard. diſp. Inſt. 2. th. 1. Timæum Fabrum, diſp. ad Inſtit. 5.
th. 2. Patria verò hæcce poteſtas, Civibus Romanis conceſſa; multis
modis differt ab Imperio illo Paterno, Naturæ Lege apud omnes re-
cepto. Hoc & Mater habet, hoc Pater habet in Filio emancipato;
hoc Filius habet, qui ipſe unà cum Liberis, in Patris ſui conſtitutus
eſt poteſtate. *Videatur Hilliger. ad Donell. 2. comment. 20. Lit. C. Co-*
raſ. add. l. 3. d. his qui ſui vel alien. Legi 8. in pr. d. t. (obſtare quæ cum
primis videtur) ſatisfaçit id, quod tradit Joh. Calvin. *in Lexico Juris;*
verb. Moribus inductum.

t.7. 4. Adoptio ſecum adfert Patriam poteſtatem: id eſt, non tantùm efficit Filium; ſed & omninò Filium familiàs. *l.1.in pr.d.adoption.* Licet Adoptio ab extraneo fuerit facta. *Ant. Matthæus, in not. ad Inſt.tit.d. adopt.in pr. Arumæ. exerc.2.th.20.* Quamvis enim eo in caſu, Filius jus ſui heredis, ad bona Patris naturalis haud amittat: §. *ſed hodie. 2.Inſt. d.adopt.* in alienam tamen familiam & poteſtatem, reverâ tranſit. §. *ſed ea omnia. 14.Inſt. de hered.quæ ab inteſt. l.cum in adoptivis.10.in prin. C. d. adopt.* Diſſentiunt Dd. ferè omnes, *ad §.2.Inſt.d.t.* quibus etiam hâc in parte aſſiſtit Marc. Lyclama, *1.membran. Eclog. 25.*

5. Etſi autem Adoptio faciat cognationem & agnationem; *l.1. §.4.unde Cognat.* & Adoptati item augeat dignitatem: *l.13.l.35.d.adopt.l.5.l.6.d. Senator.* Sed non tamen ex Plebeio Patriciũ (quibus noſtrates hodiè Nobiles aſſimiles) reddit. *l.ult.de ſtat.hom.* niſi id ſpecialiter apud Principem agatur. *arg.l.10.§.3.d.in jus voc.& l. ult. d.adopt. vide Jac. Cujac.conſult.56. Frid. Tileman.diſp.3.theſ.39.vol.1. Arumæ. exerc.2.th.21. Timæ.Fabrum, diſp.ad Inſt.6.theſ.10. Valent. Arithmæ.in Pericul.ſecundis, diſp.6.th.5.*

6. Impuberi arrogato; quem Arrogator emancipavit, vel mutatâ affectione, ſine juſtâ cauſsâ exheredavit; reſtitui debent & bona ſua, & Quarta pars ex bonis defuncti Arrogatoris. *l.22. de adoption.* Cęterùm magis eſt, ut eorum ſententiam approbemus, qui non omnium bonorum, ſed Quartam portionis ab inteſtato competentis, ad arrogatum pertinere affirmant. *Lyclama, 6.membr.Eclog.5. Arum.exerc.2. th.19.* Diſſentiunt *Borcholt. Heigi. Ant. Matth. aliiq; ad t. Inſt.d. adopt. Ioh. Vaud.* 1.*var. quæſt.29.v.Iuſt.Meier.in quæſt.miſcell.ex lib.1. ff.de ſumpt.th.155. & ſeq.*

t.8. 7. Non ſunt audiendi, qui id, quod decernitur in l. ult. d. rer. diviſ. ad Romanæ Urbis mœnia, ſolùm pertinere contendunt. quod tamen faciunt Interpretes communiter, teſte Dion. Gothofredo, *ad d. l.ult.* contra quos pugnat *l.8.& l.9.§.4. eiuſd tit. vid. Lyclamã 3.eclog.6. Dn.Præc.D.Harpprecht.& Gilkenium, ad §.ſanctæ, Inſt.de rer.diviſ. Timæ. Fabrum diſp.12.th.6. Andr.Gerhardi, diſp.ad Inſt.2.th.3.*

t.14. 8. Principem non majorem, quàm olim Populum habere poteſtatem; rectè contra Ant.Fabrum, defendit doctiſſimus Hilligerus, *lib.3. ad Donell.* nequicquàm contranitente Gaſp. Schifordeghero *lib.3.in tr.19.quæſt.* 11. *& 12.* Atque huic enuntiato, haud obſtare Legem 3. *in fin.* d. off. Prætor. ſatis demonſtrat Lyclama, 1. *membr. Ecl 6.f.29.*

9. Qui latet in dignitate, eam non habet: qui eam non habet, eò quòd ſervus ſit; ſervi ſtatum non mutat. Et tamen Barbarius ille Phi-

lippus.

lippus, qui conditione ſervus, ſub Triumviris Præturam geſſit, Prætor fuit, & Præturâ functus eſt, reſpectu eorum, qui egerunt apud eum Lege, vel alio jure. *l. 3. de off. Prætor. v. Marc. Ant. Del rio, in Miſcell. ſcriptor. ad d. l. 3. Hilliger. 1. com. c. 5. lit. A. Lyclama. 1. membran. Eclog. 6. & ſeq.* Et ita, ſi Tabellio opinatus Inſtrumentum conficiat: multùm refert, an is nullam penitùs officij huius acceperit auctoritatem; an acceperit quidem, ſed propter vitium, eiuſdem incapax eſſet. *Coſtal. ad d. l. 3. Henr. Gebhardi, tr. d. uſucap. c. 1. §. 3. n. 9. & ſeqq. fol. 336. &c.*

10. Juriſdictio generaliter accepta, pro omni ſumitur cognitione, pronuntiatione, decreto, in quacunq; cauſſa; ſive ea civilis ſit, ſive criminalis. *l. 1. d. off. eius cui mand. eſt Iuriſd. Matth. Steph. tr. d. Iuriſd. 1. c. 1.* Et nihilominus tamen, ſi Princeps Nobili in Feudum conceſſerit Juriſdictionem; haud merum Imperiũ (utpote quod ſpecialem requirit mentionẽ) concediſſe cenſetur. *arg. l. ult. d off. eius cui &c. Fachin. 13. c. 16. Bronchorſt. 1. ἐναντ. aſſert. 17. v. Dn. Præcept. D. Bocerum. claſſ. 5. diſp. 10. th. 64. & ſeqq.* Li. 2. t. 1.

11. Juriſdictio, ita in genere dicta, dividitur in Imperium & ſimplicem Juriſdictionem. *Govean. Scipio Gentilis, Dn. D. Bocer. Paurmeiſt. Thom. Michael. Matth. Stephani, &c. in tr. de Juriſd.* Diſſentiunt *Lud. Charond. Conr. Pincier. Georg. Obrecht. in tractatib. de eâd. materiâ ſcriptis.* Imperium, quod generaliter in jubendo conſiſtit; *Juſt. Meier. ἐνδοξ. dec. 1. cap. 6.* rursùm in Merum & Mixtum abit.

12. Merum, gravioris criminis animadverſio exiſtit: *Fachin. 9. controv. cap. 94. & lib. 13. c. 12. ac 22.* quæ non excludit Juriſdictionem criminalẽ. *Arum. diſp. ad Leges præcipuas 2. th. 1. q. 1. ad fin.* Mixtum verò Imperium, modicæ coërcitionis eſt poteſtas; & continet quodlibet civile decretum, ſeu juſſum. *l. 3. l. 4. d. Iuriſd. l. ea quæ. 26. ad Municipal. v. Vinc. Cabot. 2. diſp. c. 8.* Juriſdictio, facultas eſt, ſtatuendi in civilibus ſine coërcitione. *Fachin. 13. c. 14.* Quæ, ut ſui naturâ ab Imperio mixto ſejuncta; ita nunquàm eſt ſine eo. *Ant. Fab. 4. conject. 4. Fach. 13. c. 13. Lyclama 4. eclog. 18. Ant. Matthæus, diſp. pandect. 2. th. 2. Arum. diſp. ad Leges 2. th. 1. quæſt. 2. (qui ibi paucis pagellis materiam Iuriſdictionis, nervosè & ſimul perſpicuè comprehendiſſe videtur) Cabot. 2. diſputat. cap. 9.*

13. Poteſtatem Tutores conſtituendi, Imperio aggregamus mixto. *l. 1. d. Iuriſd. l. 6. §. Tutoris datio. d. Tutel. juncto §. ſed ex his Legib. de Attil. Tut. vid. Dn. D. Bocerum tr. d. Iuriſd. c. 1. n. 12. &c. c. 3. n. 11. &c. Bronchorſt. 1. ἐναντ. 19. & alios laudatos ab Hackelm. 1. illuſtr. th. ult. ad fin. & Lyclama, 4. ecl. 16. nec non membr. 7. Ecl. 11.*

c.4. 14. In Ius vocare, eſt Iurìs experiundi cauſsâ vocare, ad eum qui præeſt Iuriſdictioni. *l.1.ff.de in jus voc. juncto §. omniū. Inſt.de pœn.temerè litig.* Cæterùm hæcce vocatio, Jure veteri Romano, ullo ſine Apparitore, aut Iudicis præcepto fieri ſolebat: vocatus è veſtigio ſequi cogebatur; invitum, reluctantem, duci, rapi, trahi jus erat. *Duar.d. diſp.1. Cuiac.10.obſ.10. Vultei diſcept. ſcholaſt. c.1. Frid. Tileman.diſp.1. th.3. vol.1.* A quâ in jus vocatione, planè alia Citatio erat, quæ fiebat ad Iudicem datum, & non niſi Iudicis juſſu præeunte. *Vultei diſcept. cap.2. Tileman.d.diſp.5.th.11.& ſeq. Treutl.diſp.4.th.1.vol.1.*

15. Sine veniâ Prætoris, in jus vocari non poſſunt Parentes; quo nomine & Novercam contineri affirmamus. *l.4.§.1.d in Ius voc.v. Coſtal. ad l.3. d. his qui ſunt ſui vel alien. Iur. Alciat. in l.1.C. de in Ius voc. Cacheran. Oſaſc.deciſ.31. Soarez in Theſaur. com. opin. lit.N.n.65.* Vaſallum verò, hâc in parte Liberto æquiparare nequimus. *Mynſ. 4.obſ.92. Clar. §. feudum. q. 25. Borcholt. d. feud. c. 10. n. 38.*

16. Non ſine diſſenſione quærunt; an præſens debeat citari: aut ad certam cauſſam vocatus, cogi poſſit ad aliam reſpondere? Et meritò placuit, ut invitus Iudicio nō obligetur; niſi comparuerit ad hoc citatus. *arg.l.2.§.legatis d.Iudic.Gail.1.obſ.51.n.7.& obſ.58.n.3.Mynſ.6. obſ.6.n.8. Treutl.diſp.4.th.3.lit.d.*

c.8. 17. Satiſdatio Iudicio ſiſti, Fidejuſſoris dationem requirit: *l.1.l. quoties. qui ſatiſd.cog. vid. Bronchorſt.1. ἐναντ. c.25. Pacium,1. Antinom. quæſt.67.* etiam de Iure Novellarum. *Treutl.diſp.5.th.2.a.* Quamvis hodie ubiq; ferè locorum, hanc ſcrupuloſam per Fidejuſſores ſatiſdandi neceſſitatem, deſuetam eſſe putemus.

c.12. 18. Neq; Citationem: *arg.l.7.& l.fin.C.d.feriis. Gail.1.obſ.53.n.7. Vantius de Nullit. ex def.citat.n.46.* neq; executionem, ad diem Feſtū admitti cenſemus. *v.l.7.in fin.C.d.t. Guid. Papæ, deciſ.215. Lanfranc. in pract.c.1.n.19* Et tamen ſententiā latam diebus feriatis (niſi cultui Dei ſint deſtinatæ) conſenſus litigatorum validam reddit. *l.1.§.1.& l.6.d. feriis. Bronch.1. ἐναντ.27. v.l.36.ff.d.arbitr. Vant.d.nullit.ex def.Iuriſd. ordinar.n.130. Menoch.1.arbitr.q.30.n.6.& 6.præſumpt.46.n.24.*

c.13. 19. Actor emendare & declarare Libellum, ad ſententiam uſq;: mutare verò & ſubſtantiam eius corrigere, poſt litem conteſtatam ſi quis velit; novo Iudicio agendum ipſi erit. *l.non poteſt.d.Iudic.l.edita.C.d.edend.Bronch.1. ἐναντ.28.* Diſſent. *Treutl.diſp.4.ff.ult.lit.d.vol.1.*

c.14. 20. Pactum differt à Pollicitatione in eo, quòd Pactum eſt duorum conſenſus, atq; cōventio; Pollicitatio verò ſolius offerentis promiſſum. *l.pactum 3.in pr.d.pollicitat.* Cùm nempè & Pollicitatio duo-

rum

rum conſenſum habere videatur, ita diſcrepare putatur à Pacto; quòd Pactum eſt, quando quis promittit alicui roganti. *arg. l. 7. §. 12. d. pactis.* Idq; ſejungunt à Stipulatione; quòd hæc nō poteſt concipi, niſi utroque loquente: & ideo neq; mutus, neq; ſurdus, vel abſens, Stipulationem contrahere queunt: *l. 1. d. verb. obl.* at Pactū nutu, vel per epiſtolam fieri poteſt. *Vacon. à Vacuna, declarat. 65. Iac. Revard. 2. var. 1. addatur Reiner. Bachovius, diſp. miſcellan. cap. 3. & multis ſeqq.*

21. Tam in Contractibus nominatis, quàm innominatis, ad hoc ut agi poſſit, requiritur implementum. *l. Iulianus. 13. §. offerri. 8. d. act. empt.* Ita tamē, ut ex Contractibus nominatis, ſtatim obligatio naſcatur: ſed ea actionem non parit, niſi ei qui ſaltem per oblationem adimplevit. In Contractibus verò innominatis, antequàm ſubſit cauſſa (h. e. priuſquàm alteruter contrahentium adimplevit) neque obligatio, neque actio nata cenſeatur. *Vacun. declarat. 67.*

22. Pactum legitimum dicunt, non quòd formam capiat à Lege; verùm quòd Lex conventioni nudæ aſſiſtat, eiq; tribuat efficaciam civilis obligationis. *l. 6. ubi Duaren. d. pact. Ravard. 4. var. 1.* Porrò Pactum juſtum, à legitimâ conventione differre: *Govean. 2. var. 26.* ut & Legitimum Pactum, à Contractu diſtinctas, diviſasq; rationes habere putamus. utpote cùm illud ex confirmatione; hic ſuâ naturâ pariat actiones. *l. 6. de pact. l. 12. C. de uſur. l. fin. C. de dote prom. Cuiac. 11. obſ. 17. & lib. 14. obſ. 28. Hackelm. illuſtr. diſp. 2. th. 3.*

23. Effectus Pactorum eſt, producere naturalem obligationem; quàm Prætor dando exceptionem, tueri ſolet. *l. 7. §. ſed cùm nulla. 4. d. pact. l. 10. C. eod. Vacun. declar. 21. & 23.* Nec eſt tranſeundùm cum Weſenbecio, *in paratit. d. pact. nu. 9.* & aliis; qui Canonico Iure, ex pacto oriri actionem, non dubitant ferè. Certè c. 1. & 3. ext. d. pact. quibus innituntur, id imperare non poſſunt. *vid. Dn. Præc. D. Bocer. tr. ad L. contractus. d. Reg. Iur. c. 1. Fachin. 2. controv. 100. Forcatul. dialog. 69. n. 5. Tileman. diſp. 7. th. 37. & ſeq. Hackelm. illuſtr. 2. th. 10. ad fin.* Diverſum licet mores Germanorum; & jus etiam Wirtembergicum probet.

24. Pactum contractui incontinenti adjectū, format actionem: *l. 7. §. 5. d. pactis.* ita ut detur actio ex principali contractu; non etiam præſcriptis verbis. *arg. l. 2. & 3. d. præſcr. verb. l. 4. d. Leg. commiſſ. Borcholt. d. pact. c. fin. Donell. d. præſcr. verb. c. 2. Connan. 5. comment. 2. Covarruvius lib. 1. diſp. 17. Guil. Val. Forſter. d. pact. c. 8. p. 236. Arum. diſp. ad Leges præcip. 3. th. 10.* Contra *Duar. ad d. l. 7. Fachin. 2. controv. 98. v. Hackelm. diſp. illuſtr. 2. th. 9. Bachovium, miſcell. c. 10. Bronch. ἐναντ. 1. cap. 35.*

25. Genuina ratio, cur Pactis Hereditas, nec dari, nec adimi queat, & tam-

& tam rejiciantur Pactiones de nō ſuccedendo, quàm quę ſunt de ſuccedendo; illa eſſe videtur: quòd Ius ſuccedendi ſit ex Publico Iure; ſive de teſtamentaria, ſive de inteſtati ſucceſſione agatur. *l. 3. qui teſt. fac. poſſ. l. 120. l. 130. d. verb. ſign. Caſp. Schifordegher. lib. 1. tr. 29. quæſt. 2. Bachovius. miſcell. quæſt. c. 13* Quin nec Pactiones de futura conjugū ſucceſſione, jure validas eſſe putamus: licet Germaniæ conſuetudo, eas paſſim firmare videatur. *Schifordegh. d. tr. quæſt. ult. Fachin. 2. c. ult.*

26. Renunciatio hereditatis paternæ, quam mater dote receptâ fecit, haut nocet filiis hereditatem avi petentibus; ſi mater deceſſerit patre ſpirante: quamvis ea pro ſe & filiis ſuis renuntiaſſe inveniatur. *arg. c. 1. ſi de feudo defuncti. Marant. diſp. 10. Tiraquell. d. Iure primog. q. 40. n. 113. & n. 120. Covarr. ad c. quamvis. part. 3. § 2. n. 4. Onciac. quæſt. Academ. 34. Hartm. Piſtor. quæſt. Iur. lib. 4. quæſt. 7.*

27. Pater de bonis Filij adventitiis tranſigere poteſt. *Iaſ. in l. Præſes. Cod. d. tranſact. Ari. Pinel. ad l. 1. part. 3. nu. 44. &c. C. d. bon. matern. Tileman. diſp. 8. th. 9.* Contra *Cuiac. ad l. 10. ff. d. tranſact. poſt Salicet. ad l. 12. C. eod. Non obſt. l. 1. C. d. bon. matern. & l. ult. §. ſin autem non habeat. C. d. bon. quæ lib. vid. l. 2. § 1. &c. ff. ſol. matr. l. Præſes. C. de tranſact. Gail. 2. obſ. 72. n. 14. &c. Borcholt. d. tranſact. c. 4. n. 11.* Et ſic rata habetur Tranſactio, inita inter Vaſallum & alium ſuper Feudo, abſente Domino; ſi non fraude, ſed decidendi cauſsâ id fuerit factū. *Clar. §. feudū. quæſt. 38. Borcholt. d. Feud. c. 8. n. 44. (ubi contraria diſſolvit) Roſenth. d. Feud. cap. 9. concluſ. 19. & ſeq.*

28. Crimina quæ ſanguinis habent pœnam, recipiunt tranſactionem: ac proinde, nec reus tranſigens pro confeſſo habetur, nec accuſator pœnâ SCti coercetur. *l. tranſigere. ibiq; Del-rio, n. 62. &c. Donell. n. 3. Matth. Gloc. p. 1. c. 1. & alij. C. d. tranſact. Hotoman. qu. 23. Fachin. 1. c. 8. Arumæ. diſp. ad hanc l. ſing. th. 19. &c. th. 34. adhibe Connan. 5. com. 7. nu. 2.* De Adulterio tamen, neque tranſigere, neque paciſci licet: cùm, quòd Lege Iuliâ capitale non fuit; *contra Lyclamam, 2. membr. eclog. 9. & 10. Hortenſius, ad §. item Lex Iul. de adulter. Inſt. d. Publ. Iudic.* tum in primis, ne tranſigens fidem connubij ſui nequiter corrupiſſe videatur. *d. l. tranſigere. C. d. tranſact l. 10. C. d. adulter. Ant. Faber. 2. coniect. 20 à princ. Fachin. 1. controv. 8. Arumæ. d. diſp. th. 36. & ſeq*

29. In aliis autem publicis criminibus, quæ ſanguinis non ingerunt pœnam, ſine falſi accuſatione, tranſigi nequit. *poſt Ant. Fabr. Gaſp. Schifordegher. lib. 2. tr. 21. à pr. Tileman. diſp. 8. th. 19. vol. 1. Arumæ. d. diſp. th. ult.* Diſſ. *Fachin. 1. c. 8. & ferè communiter Doctores.*

30. Magis eſt, ut ob læſionem immodicam, tranſactionem bonâ fide initam, jure noſtro haud irritam fieri poſſe, cenſeamus. *arg. l. 16. & l. 20. C. d. tranſact. l. 8. in pr. ff. eod. l. 78. §. fin. ad SC. Trebell. Hackelm. illuſtr. 2. th. 21. Tileman. diſp. 8. th. 27. & pleniſſimè poſt Ant. Fabrum Schifordegh. lib. 2. tr. 25.* Diſſ. *per l. 5. C. d. dolo. & l. 36. d. ff. d. verb. obl. Pinelus aliiq; quorum* ſententiam, ex æquitate quam fovere putatur, Saxonicum & VVirtembergicum etiam Ius, canoniſavit.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0022-2

X2615896

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0023-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0024-3

D. N. I. C.

...bro 1. & 2. deſumptarum, Il-
...um quæſtionum Cinnum;

Sub Præsidio

...CHRISTO-
...BESOLDI, IC.
...CADEMIA TVBIN-
...ECESSORIS, AFFINIS AC
...ptoris ſui ætatèm colen-
di:

...D. 17. Decembr.

...rcendi cauſsâ, publicæ exa-
minationi

...SVBIICIT
...HARDVS Breitſchwerdt/
Stutgardianus.

...TVBINGÆ,
...han-Alexandri Cellij,
...nno M. DC. XIV.

39.
1614,1.
23

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-384491-p0025-9